



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 111. Regis ingressus Florentiam

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

cisam esse, ac insuper ei aut sicariæ ne-
 cis, aut veneni periculum imminere; non
 enim Gallos, utpote quibus haud am-
 plius utilis esse posset, indignationem ul-
 tra diffimulatu-ros, sed potius eum pub-
 lica castigatu-ros, ut sui supplicii exem-
 plo saltem Ludovicum, ceterosque Ita-
 liae Principes in officio continere vale-
 rent. Horum rationibus expugnatus Pe-
 trus de Medicis, constanter Venetiis hæ-
 rere decrevit, Carolo Regi supplicans,
 ut is in bonam partem acciperet, si sese
 Florentinorum furori exponere cunctare-
 tur.

§. CXI.

Regis ingressus Florentiam.

Interea vero Carolus ad pontem Signum
 pervenit, sexto lapide a Floren-
 tina urbe distitum, ibique quintum aut
 ferme sextum diem substitit, donec Al-
 binus suas copias regiis junxisset; Flo-
 rentini enim Regem ab urbis aditu arce-
 bant. Hoc interim spacio deliberatum
 est, num urbem toto armorum apparatu
 obsidere expediret, id unice exoptanti-
 bus Caroli copiis, ut præda ditescerent?
 verum alii fatius ducebant, amica com-
 positione rem decidere; unde nonnullis
 consultationibus ultro citroque habitis
 conventum est: Rex urbem pro suo ar-
 bitrio intraret. Igitur Carolus, ac si
 Q q 2 victor

Carol. XV.
 A.C. 1494

La Vigne
jour. du Vo-
jage de Char.
VIII.

Comm. l. 7.
c. 9.

Guicciard.
hist. Ital. l. I.

Spond. ad
an. 1494. n. 7.

Sæcul. XV.
A.C. 1494.

victor esset, lanceam femori innixam gestans, primus ante equitum selectissimorum agmen Florentiam die decima septima Novembris ingressus est, civibus eidem, traditis clavibus, fidei Sacramentum exsolventibus. His peractis Florentini qua vi qua sponte cum Rege foedus paciscuntur, quod in cunctis Italiae urbibus promulgatum fuit unacum declaratione publica, qua exponebatur, quod Rex nonnisi ad propellendos tyrannos Italiam intraverit, inde vero arma sua ad debellandos Turcas juratos Christianæ fidei hostes circumferre meditaretur. Nihilominus cum coacta potissimum esset Florentinorum submissio, haud multo post tempore hos inter, & Gallos fervida exarsere jurgia, occasione nata ex pecuniis, quas Galli Regi suo mutuo dandas contendebant.

§. CXII.

Discordiæ Gallos inter & Florentinos.

Guicci. l. I.

Enimvero Galli a Florentinis ducenta aureorum millia Regi solvenda petebant, æstimationis nomine, qua urbis deprædationem redimerent; ast Florentinis nonnisi mediam summæ partem numerare paratis, tanta utrinque exorta est contentio, ut teste Guicciardino, Regis

Com-